



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena**

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

XX. cujus fundamenta aperiuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

**A** solum hominibus, sed & Angelis predicant. Quod ut scias verum: Attende, inquit, cælum & loquar: in conspectu Angelorum psallam tibi; & Laudate Dominum cæli cælorum, & aqua qua super cælos sunt, laudent nomen Domini; & Laudent eum Angeli; & In omni loco potestatis eius benedic anima mea Domino. Invenies in plurimis locis, & maxime in Psalmis, & ad Angelos sermonem fieri, data homini potestate, ei tamen qui Spiritum sanctum habet, ut & Angelos alloquatur. E quibus unum exemplam ponam, ut sciamus Angelos quoque humanis vocibus erudiri. Scriptum est in Apocalypsi Iohannis: Angelo Ephesorum Ecclesie scribe: Habeo aliquid contra te; & rursum: Angelo Ecclesie Pergami scribe: Habeo quippiam contra te. Certe homo est qui scribit Angelis, & aliquid præcipit. Item libr. 8. in Epistola ad Rom. Numquidnam tamquam servus bonus & fidelis, qui in pauca fuerit fidelis, sciebat se super multa constituendum, & Apostolum futuram etiam post exitum suum, non solum

**B** Gentium, sed & Israëlitarum, & aliorum forsassis invisibilium, ibi ubi benedicunt spiritus & anima iustorum Dominum, hymnum dicunt, & superexaltant eum in secula? De doctrina illa Angelis à Christo tradita supra iam disputavimus; de ea vero quam à Prophetis & Apostolis acceperunt ipsi, sic pio unicuique sentiendum est, non quidem hominibus prius revelatum fuisse & reconditum quam Angelis Incarnationis mysterium, quod cum Scripturæ sacræ testimoniis manifeste pugnat; sed non integram tamen huius cognitionem; bonorum autem quæ ex eo consequi debent, Gentium puta conversionis Chrylostomo memorata, fere nullam; temporis vero postremi iudicii nullam omnino habuisse.

**XIX.** De iudicio autem in Angelos reddendo quodcumque decernit Origenes, ad Angelos hominum custodia præfectos fere pertinet. Nam sive quibus Ecclesiarum gubernatio commissa est, sive quibus Gentium, vel singulorum hominum deputata est custodia, eos administrati muneris rationem, haud secus ac homines, reddituros definit. Duplicis autem generis iudicia in illos à Deo exerceri docet; alia, quotiescunque homines curæ suæ permitti recte, maleve se gerunt; aliud vero, cum supremo arbitrio de rerum universarum summa Deus iudicabit. Vtrique autem iudiciorum generi suas videtur assignasse pœnas, sua præmia; ac prioribus quidem, pro obito recte officio, laudes & gloriam; pro re male gesta, ignominiam & dedecus: posteriori vero, pro meritorum ratione, diuturniorem & clariorem, vel obcuriorem & brevioram, vel nullam, vel æternam Dei visionem. Quæ quamquam non distincte apud illum expressa invenias, ex eius tamen assertionibus facile deducuntur. Homilia in Num. 20, pluribus argumentum illud edisserit, &

**D** Angelos unicuique nostrum gubernando delegatos, aut Ecclesiarum regimini adhibitos, vel pro hominum sibi traditorum bene gestis collaudatum, vel pro peccatis culpatum ac confutatum iri affirmat; idque ex eo probat Apocalypseos capite, in quo Asiaticarum Ecclesiarum Angeli laudibus & reprehensionibus pro meritis excipiuntur: *Venient enim, inquit, Angeli ad iudicium nobiscum, & stabunt pro nobis ante Solem iustitia, ne forte aliquis etiam ex ipsis casse fuerit, quod nos deliquimus; ne forte minus erga nos operis & laboris expenderit, quo nos à peccatorum labe revocarent.* Eadem probationibus confirmat, & repetit Homil. 13, in Luc. atque ita concludit: *Porro frequenter evenit ut nobis laborantibus ipsi suum officium non expleant, & in culpis sint.* At Homilia in idem Evangelium 35, non hominum omnium Angelos faciem Patris qui in cælo est videre dicit, sed eorum duntaxat, qui Ecclesiæ nomen dederunt; tum ait postmodum: *Quomodo enim si per curam eorum & industriam salus hominibus comparatur, faciem Patris semper attendunt: sic si per negligentiam eorum homo corruerit, etiam sui periculi rem esse non nesciunt.* Et paulo inferius: *Ignominia Angelo est, si homo iustus creditus fuerit, & peccaverit: ut è contrario gloria est Angelo, si creditus sibi saltem minimus in Ecclesia fuerit. Videbunt enim non aliquando, sed semper faciem Patris qui est in cælis, cum alij semper non videant. Secundum meritum enim eorum, quotam Angeli sunt, aut semper, aut nunquam, vel parum, vel plus faciem Dei Angeli contemplabuntur.*

At non Angelos solum tutores, sed alios etiam, quicumque peccatis se alligant in iudicium sistendos pronuntiat Homil. in Ezech. *Quando ergo, inquit, Angeli prævaricantur, & alij sunt qui Dei præcepta custodiunt, & iudicium præstolantur, non solum hominum, verum etiam Dei, ut frequenter diximus tam de his quæ in Apocalypsi conscripta sunt, quam & ex alijs innumerabilibus, quare, inquam, non terra & æris iudicium sit futurum?*

**XX.** Angelos reprehensionibus ac convitiis incessi, cum provinciam susceptam male administrant, cur crederet Origenes, ex eo videtur adductus, quod Apocalypsis secundo & tertio capite scriptum est, uti notavimus. Cur autem postremo quoque subituros iudicium existimaverit, causa fuisse videtur locus ille Pauli quem protulimus ex 1. Cor. 6. 3. *Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?* qui de bonis tamen Angelis nihilo magis intelligendus est, quam ille Petri, ex altera eius Epistola, cap. 2. v. 4. *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudemibus Inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reservari: & ille Iudæ, v. 6. Angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed reliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine servavit.* Retulit tamen ad Angelos



bonos Paulinum istud Tertullianus in libr. De fuga, cap. 10. Times hominem, inquit, Christi-  
A  
siane, quem timeri oportet ab Angelis, siquidem Angelos iudicaturus es: quem timeri oportet a Damo-  
nii, siquidem & in Damones accepisti potestatem.

Genebrard  
Collect. 6.

XXI. Origenis sententiam mollire satagit S. Thomas part. 1. quaest. 113. art. 7. & post  
illum Genebrardus in Collectaneis: quasi id sibi voluerit, Angelos duci in iudicium pro pecca-  
tis hominum, non quasi reos, sed quasi testes, ad convincendum homines de eorum ignavia. Hanc  
responsionem fulcire conatur Genebrardus Homilia Origenis undecima, in qua ha-  
bentur nonnulla à superioribus dissona; in extremo nempe iudicio adfuturos quidem  
Angelos cum hominibus, sed examen & iudicium nequaquam subituros. Operapretium  
fuerit verba ipsa adducere. Igitur unusquisque Angelorum in consummatione saeculi aderit in iudi-  
cio, educens eos secum quibus præsuit, quos adiuvit, quos instruxit, pro quibus semper vidit faciem Pa-  
tris qui in caelis est. Et puto etiam ibi inquisitionem futuram, non quidem an cultura hominum Ange-  
lus defuerit, sed an cultura Angelice nequaquam digne segnitia humana responderit. Tum deinde lo-  
cum illum Pauli exponit 1. Cor. 6. 3, ex quo ad figmentum illud de iudicio in Angelos  
statuendo procudendum fuit inductus: Quod si ita est, inquit, erit ergo etiam inter Angelos &  
homines iudicium Dei; & fortassis indicabuntur aliqui cum Paulo, & confecerunt laboribus eius, & fru-  
ctibus qui ex multitudine credentium veniunt: & forte invenietur in laboribus superior etiam aliquibus  
Angelis; & ideo nimirum dicebat: Aut nescitis quia Angelos iudicabimus? Non quod ipse Paulus iudicet  
Angelos, sed quod opus Pauli quod egit in Evangelio, & erga animas credentium, iudicabit Angelos,  
non enim omnes, sed aliquos Angelorum. Quorum germana sunt & ista è Tom. 11. in Matth. p.  
217. πούτις διὰ τῶν ἀποστόλων ὅπως εἰσέλθοι τῆς, ἔτι καὶ τῶν ἀγγέλων εἰσι κρείττους οἱ ἀδελφοὶ οἱ ἐν  
ῥησὶ οὐ τοῦ σώματος. πάρος γὰρ εἰπὼν οἱ ἄγγελοι εἰς ἀγὼν ἐκάθ' ἄλληλους ὡς βλάττουσιν εἰς τὰ ἀγῶν  
ῥησὶ βλάττουσιν, καὶ ἐκεῖνος τὸ πνεῦμα ἑαυτοῦ ἐξέστασεν; καὶ ταῦτά μιν ἀγγέλοι ἐκ τῶν ἀγγέλων, ὅτι καὶ  
τοιαύτων οἰκονομῶν ἐπὶ τῆς οὐρανοῦ ἐστὶν. ἀλλ' ἡ δὲ πόλις πάντας διαφείρει ὡς ἐν ῥησὶ σάρασαι μὲν ἐκ αὐ-  
τοῦ σώματος, καὶ τὸ ἀγῶν καὶ τὸ πνεῦμα ἑαυτοῦ ἐξέστασεν; καὶ τῶν ἀγγέλων ἐκ τῶν ἀγγέλων. πάντας ἀγγέλοι.  
οἱ δὲ ἀγγέλοι, καὶ τὸ ἀγῶν καὶ τὸ πνεῦμα ἑαυτοῦ ἐξέστασεν; καὶ τῶν ἀγγέλων, ὅπως καὶ λέγειν. In his Origenes pro-  
dit animi sui levitatem & inconsistentiam pro more suo. Quisquis autem ad locum alte-  
rum, quem sua responsione diluere conatur Thomas, caute attenderit, ejus excep-  
tionem parum probabit. Talia illa sunt Homil. 24. in Num. Sape diximus animarum, qua  
in Ecclesia Dei sunt, curam, procuracionemque haberi per Angelos, quosque etiam ad iudicium venire  
cum hominibus ostendimus, ut illo divino constet examine utrum sua desidia peccaverint homines, an  
monitarum, custodumque negligentia. Nam si ut testes tantum, non ut reos statum iri Ange-  
los significatum voluisset Origenes, quod contendit Thomas, non utique de eorum ne-  
gligentia perinde ut de hominum desidia quaestionem habitum iri dixisset. De alienis  
quippe facinoribus testimonium dicunt testes; ipsorum vero caussa non agitur.

XXII. Ex duobus, quos attulimus, Petri & Iudae locis, & altero illo Matthæi 8. 29.  
Et ecce clamaverunt dicentes, Quid nobis, & tibi Iesu, fili Dei & venisti hic ante tempus torquere nos?  
in eam prolapsus est sententiam Origenes, nullas nunc Damonibus irrogari poenas, ne-  
que portio iri irrogatur, donec extremo iudicio supplicij æternis addicantur. Id propo-  
nit dogma Hom. 8. in Exod. & ex 8. Matth. v. 29 confirmat, pœnasque inter hominum  
& Damonum id interesse vult, quod illi castigentur in hoc mundo, ut purgatiore ad futu-  
rum saeculum pergant, & ultra Diabolo sicut non efficiantur in pœna; hi vero neque corriguntur pro  
peccato, neque flagellantur, & omnia namque eis servata esse in futurum: cuius hanc rationem sub-  
dit: quoniam indigni sunt qui in presenti saeculo corrigantur, sed in futuro recipiant qua merentur.  
Consentanea sunt quæ ex Origene subministrant Catena in Exod. 20. 5. τούτων χειρῶν  
inquit, ὁ διαβολῆς αὐθητῆσι δὲ οὐκ ἐπίσταται καὶ ἐξέβαλλες κέσωμεν. καὶ εἶπε πῆρ, εἶπε μάστιγ. καὶ γὰρ ἀγῶν  
ὅτι τῶν κολασιῶν ἡ δὲ δύναμις ἐστὶν οὗ διαβολῆς, καὶ οὐκ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν  
τῶν ἑστῶν ἐκείνων σὺν  
ἐστὶν. καὶ τῶν ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων ἐκείνων  
ἐκείνων. Aliam adducit causam Homil. 13. in Num. postquam eundem Matthæi locum ad testimonium citavit: Et ob hoc, inquit, neque  
F  
Diabolum r. movit à principatu saeculi hujus, quia adhuc opus est opera ejus ad perfectionem eorum qui  
coronandi sunt: opus est adhuc opera ejus ad exercitia certaminum & victorias beatorum. Subjungit  
postmodum Balaami idcirco incantamentis Deum intercessisse, quia alterum alioquin  
evenire necesse erat, vel Populum Dei perditum dari, si Daemonibus à Balaamo accessit  
arbitrij sui facultati libere obsequi licuisset; vel si arbitrij sui libertate deminuti fuissent,  
fuisse hoc, damnassem rationabilem creaturam, & ante tempus intulisse iudicium, & impedisse omnibus,  
qui adversum eos in agone certantes poterant coronari: Si enim Damonis auferatur libertas arbitrij, nul-  
lum ultra impugnaturum athletam Christi; nullo autem impugnante, nec certamen aliquod futurum; &  
sublato certamine, nullum futurum premium, nullam vicloriam. At Homilia 15. in Ios. novum  
quid ac memorabile comminiscitur: quotiescumque enim Dæmon aliquis post paratas  
homini

